

3951. 1345 d. 25 Maj.

HARALD STYRBJÖRNSSON gifver, för sin och sin hustrus graf,  $\frac{1}{8}$  åtting i Ödeshög till Alvastra kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. haraldus storbernioson. salutem jn domino. Tenore presencium tam presentibus quam futuris notum facio quod religiosis viris monachis jn aluastro. apud quos locum sepulture mee cum dilecta consorte mea, eligo, terram hereditatis mee. scilicet. octauam partem attunghi. jn villa ødissøghio, cum omnibus suis appendiciis, jnfra sepes et extra. quomodolibet nominatis perpetua donacione. offero, Transferens jn eos et eorum successores. plenum proprietatis jus. et possessionis dominium, predictam terram commutandi vendendi et pro suis vsibus disponendi Jn cuius rei evidenciam quia sigillum proprium non habeo presentes litteras sigillis. Waldemari magnusson domini Kanuti de swanshals, domini Samuelis de ødissøghio, et Nicolai de wallum, humiliter peto roborari. Scriptum Anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. die beati Vrbani pape.

Sigillen borta, 3 remsor kvar.

3952. 1345 d. 29 Maj. Stockholm.

BIRGITTA KNUTSDOTTER gifver sin dotter Ingeborg Magnusdotter, nunna i Clara kloster,  $\frac{1}{2}$  markland jord på  $\frac{1}{2}$  örtugland när, i Lundby, Badelunda socken, till fyllnad i den præbenda hon fått.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Birghitta Knuzdottor salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes me predilecte filie mee. sorori inghiburghi magnusdottor in claustro sancte clare. dimidiam marcham terre dimidio solido minus. in Lunby sitam. in parochia Badlunge. ad satisfaciendum ei in brebenda [ø: prebenda], sibi data. cum omnibus eisdem prediis attenenciis infra sepes et extra. absque omni reclamacione heredum meorum veraciter dimisisse. Jn cuius rei testimonium sigilla predilectorum fratrum meorum. dominorum nicolai abyornæson et vlfonis abyornæson, ac generi mei dilecti domini lipiuardhi haralzson. ac filii mei karissimi kanuti magnusson. vna cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa. datum stokholmis anno domini Millesimo C<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. C<sup>o</sup> XL quinto dominica infra octauas corporis christi.

Sigillen: N:o 1, Birgitta Knutsdotters (skölden klufven, upprest lejon till höger, en tvärbjelke till venster); N:o 2, Nils Abjörnssons (sparre mellan tre stjerner); N:o 3, Lidinvarð Haraldssons (klufven sköld, till h. half lilja, till v. två snedbjelkar); N:o 4 borta; N:o 5, Knut Magnussons, fragment.